



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Iacobi Sadoleti Episc. Carpentoracti Epistolarum Lib. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

se liberum ad nos cursum classem habere hostium non posse. Tuos conatus non cum habuisse exitum quem cuperemus, deo equidem vehementer. Sed hoc æquiore sero animo, quod fore prauideram. Tu modò saluum te nobis exhibeas, arques situas: occasiones aliæ non decunt, non enim eundem statum diu possunt, quæ tantopere sunt commota. Nos hic fortuna tenui sustinemus tamen onus dignitatis, quoad possumus: rectam adhibemus voluntatem, reliqua Deo permittimus. Te amamus & colimus, ut debemus, amarique item abs te cupimus. Tu si quid fortè mihi per literas mandaueris, efficaciam, non frustra id fecisse intelligas. Episcopum Veronensem nostrum plurimum meis verbis saluere iubeas velim. Vale. Romæ, 4. Nulij, M. D. XXXVII.

IACOBI SADOLETI EPISCOPI
CARPENTORACTI EPISTOLARUM
LIB. XI. EP. I.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENTORACTI
Georgio Duci Saxonie S. P. D.

MIRABERIS fortasse, Dux præstantissime, quid mihi ego nunc volens, literas ad te dederim: quæ nec tibi tibi familiaritate coniunctus, nec nomine quod pendè sim notus. Faterer mirandum hoc esse, nihil magis mirum futurum fuisset, cum nihil ad allicienda maiorem virtute præstantius sit, si tua virtus insignis & spectanda, tuum excellens Christianæ pietatis studium, tua religio, non me & iam pridem in amorem tui impulisset, & nunc animum tuum meum, quando coram non possum, literis ut indicarem, suscinderet atque hortaretur. Non enim veritus sum, ne tibi in gratum officium hoc meum accideret: nec dubitavi, quin tu, quæ virtutibus reliquis excellis, etiam humanitatis, quæ ceterarum decus lumenque virtutum est, maximas partes feras. Hac spe te fretus, quod facere sepe cogitavi, ut & meum amorem tuum patefacerem, & tuum conciliarem mihi: id agere nunc aggredior, incensus cupiditate tecum in eundem sanctissimi illius nominis, quod Amicitiam appellamus: cuius inter nos auspex & confirmator Deus futurus sit, quando quidem ambo illi puro corde, & religione integra seruire cupimus. Et si in hac quidem commensatione amicitie nostræ, tuam ego mihi duntaxat benevolentiam expeto: ea enim mihi maximi muneris loco futura est: tu me verò tibi non solum benevolentiam debere confiteor, sed etiam

nam etiam obseruantiam & pietatem. Cur autem in hunc vsque
 diem dilata sit mea hæc voluntatis erga te, & beneuolentiæ si-
 gnificatio, parere, quaeso, rationem à me repeti aliquando lon-
 gius quo & ipse tibi notior fiam, & tu intelligas melius qua men-
 ta ad scribendum nunc sim adductus. Ego cum apud Leonem
 Decimum Pontificem Maximum (quod te meminisse aliqua
 ex parte arbitror) honestissimum locum tenerem : atque illo
 tempore exorta essent noua hæc & turbulenta Lutheranorum
 dogmata: aliqua hinc quidem etiam culpa, sed tamen maiore te-
 meritate eorum, qui ab odiis hominum ad inimicitias Dei sunt
 progressi, vt qui essem Christo & Christianæ fidei vehementer
 addictus, sanctumque & inuolabile seruandum morem maiorum
 esse ducerem, maximo ex illis rebus afficiebar dolore: neque
 quicquam vnoquam vidi mea in vita tristius, quam illud factum
 esse inter nos dissidium, quo non religionis solum veritas atque
 concordia, sed salus tota Christiani nominis in discrimen vo-
 cabatur. Augerat dolorem meum, quod multa quoque ab hac
 parte fieri videbam parum accommodata temporibus illis. Nam
 neque ea, quæ huic malo apta poterant afferrî remedia, nulla
 allebantur: nec vox audiebatur bene mouentium & suaden-
 tium: vt quæ mansuetudine, & à quibusdam rebus abstinentia
 temperantiaque poterant vulnera sanari, ea ne ferro & asperio-
 ribus quasi medicamentis inrudescere cogerentur. Exces-
 sit è vita Leo, breuique interiecto Adriani tempore, successit
 Clemens vir natura bonus, idemque colens recti atque honesti,
 si perpetuo constare sibi ipse, & in consiliis suis manere potuisset.
 Hoc ego Pontifice speravi modum repertum iri pacandis dissen-
 sionibus. Nam & ipse hoc maxime agebat, volebatque: & ego affi-
 dus horator illi aderam. Tunc agi ceptum est de conuocandis
 Episcopis ex omni regione orbis terrarum, quorum & doctrina
 emularet & integritas, vt eorum quasi opera atque consilio, sa-
 cerdotum mores, qui vehementer videbantur esse labefacti, in
 veterem statum redintegrarentur. Tunc cepta iaci fundamen-
 ta laudius colendæ & seruandæ religionis, sacerdotiique ex for-
 midibus & maculis extrahendi. Res denique procedere ceperat:
 cum bonus, & mitis & religiosus Pontifex, verum idem in suis
 consiliis retinendis aliquantulum imbecillior, quorundam at-
 tificis, qui nimio plus apud eum, quam Principi honestum sit,
 portrahere: in bella & Principum inimicitias descendere, &
 à sanctis suis cogitationibus desciscere est coactus. Hic ego
 spe cepta, posse amplius per me Reipublice consuli: priuatum
 autem meum commodum, neque in honore, neque in fortuna ad-
 modum quærens, potiusque eligens, & Deo, & mihi, & peculiari-
 bus populis meis satisfacere, trans alpeis me meam ad Ecce-
 siam

fiam Carpentoracte contuli, adiutus tum etiam singulari De-
 nicio, quod viginti diebus ipsis ante Roma sum egressus, quod
 clades illa horribilis ac direptio huic vrbis incidere. Jam quod
 admodum in Ecclesia mea per decem annos manserim, quod
 do populos mihi creditos gubernarim, si non religione et
 plôque præstabili, at animo pio & beneuolo certe, quanto
 optimis atque honestissimis cum Philosophia tum sacrarum
 rerarum studiis fuerim deditus, nil me commemorare nunc
 net, cum nec tua interfit ista intelligere. Illud commemoratio
 quod huic temporibus magis est appositum: me, cum animo cele-
 maro constitutum haberem, nunquam amplius abire ex civitate
 in quibus essem Deo quasi consecratus, nec stationem illam
 inquirere, in qua me volens ipse libensque collocalem: concilio
 rament concilii nomine, & binis huius sapientissimi & optime
 Pontificis literis ad Urbem me euocantibus, per causam que
 rat ascripta, vt tractarentur ante & deliberarentur ea, que
 in Concilio agi expediret: & vt morum ecclesiasticorum honesti-
 ti ac decori consulere, Romam reuertisse, merentem quibus
 & inuitum, si spectentur cetera hoc vno me consolantem, que
 tanta causa Dei omnipotentis pro mea parte non adesse, aliter
 mihi ab officio & pietate Christiana esse videbatur. Veni-
 & imperio parui, atque tibi paucis illis diebus cum essent con-
 augendo numero S.R.E. Cardinalium facta, ego quoque in
 & nil tale cogitans, iudicio tacito Pontificis Max. in amplissimo
 ordinem cooptatus sum. Habes seriem & rationem rerum me-
 ram gestarum. Nunc ad ea que principio mihi fuerunt propo-
 ra reuertar. Ego Georgi clarissime & optime, cum semper tuo
 nomen, tua que fidei Catholicæ propugnatio, iam inde ab infantibus
 temporum & dissensionum illarum omnibus in ore & in festi-
 nibus esset, celebrarenturque aures quotidie mea tuorum discipu-
 rum, factorum, consiliorumque ad vnitatem concordiamque
 Etantium nuntius & fama: cumque & splendorem nobilitatem
 intuerer, & reliqua in te cognoscerem nobilitati paria: illam
 tem constantiam, & virtutem, & magnitudinem animi cui
 in primis semper essem admiratus, quod in tantis Germaniarum
 tribus, tantis defectionibus eorum qui excursum & licentiam
 cupiditatibus querentes, sobrium illum & abstinentem most-
 iorum aspernabantur passim & reiciebant, quorum etiam
 nulli honoribus tibi & propinquitate erant coniuncti: vt
 perpetuo in optima ratione constans, & in sanctis consiliis
 tissimus extitisses: tantum iam tunc erga te amoris obseruatio-
 que suscepi, nihil vt vehementius cuperem, quam aliquo tibi
 eto meo posse, aut dicto, incredibile animi mei studium declarare.
 re. Fecit autem discessus meus, & longum absentia nostræ

ullum, ut minus adhuc id agere, motemque in eo mihi ipsi gere-
 te potuerim. Nunc autem non modo retractus in hanc Urbem,
 quam sponte prius reliqueram, verum etiam in eo honore hoc
 munereque affixus cum manendum mihi posthac in hac senatoria
 qua vigilia esse intelligam, tempestiuum duxi, scribere ad te:
 mea, ipsum totum tradere tibi, atque dedere. Itaque omni studio a-
 nima meae te rogo, si amor, si officium, si obseruantia erga te mea,
 si par atque idem in utroque nostrum sensus, & religionis tuenda
 sancta conspiratio, si denique amicissimi & beneuolentissimi ho-
 minis voluntas, in tua illa nobilissima mente, omnibus ornata, &
 virtutis & humanitatis laudibus, locum reperire sibi aliquem ad
 amicum tuum mihi conciliandum potest: Primum, ut me in ami-
 citiam tuam recipias. Deinde, quoniam nihil mihi magis est pro-
 positum, quam fidem meam & operam Deo omnipotenti dica-
 re, consilis etiam tuis, & monitionibus iuues: mihique significes,
 quid tibi per me agi suscipiue posse, ad subueniendum his affli-
 ctis rebus, & perturbatis temporibus videatur. Polliceor enim ti-
 bi, si ad me interdum scribere, & tui consilii prudentiam mecum
 communicare volueris, me effecturum, ut appareat nullius vn-
 quam hominis auctoritatem apud quenquam plus valuisse, quam
 apud me tuam. Quod hoc fidentius tibi promitto, quod cum ha-
 bebimus summum Pontificem nil aliud cogitantem dies & no-
 ctes, quam quo pacto ista, quae dissidiis & alienationibus animo-
 rum distracta sunt, in vnum rursus quasi corpus coalescant: eun-
 demque consilio & sapientia singulari: hoc tanto munere Dei im-
 mortalis, ad commune bonum, Christiani nominis, omnibus vti
 nobis licebit. Extremum illud est: quod fidelis beneuolentiae est
 proprium, ut omnia mea tibi officia ac studia, omnemque quantu-
 la ea cumque est in me, auctoritatem deferam atque polliceor. Pro-
 inde scito, nullo me abs te maiore affici beneficio posse, quam si
 occasionem mihi dederis in tuis & tuorum commodis atque ho-
 noribus operam, curam, laboremque omnem meum in hac urbe
 & curae ponendi atque impendendi, si quid scilicet acciderit, in
 quo amici tibi hominis diligentia requiratur. Etsi enim qui ma-
 ioribus opibus, amplioreque gratia tibi affuturi sint, multos habi-
 turus es: tamen qui pari amore ac studio id agat, habebis profes-
 sus neminem, sicut tamen eadem probitas tua praestans & admi-
 rabilis, meumque perpetua de tuis maximis virtutibus iudicium,
 rogarum & postulat. Vale. Romae, 14. Cal. Iulij, M.D. XXXVII.

II.

IAC. SADOLETVS CARD. GEORGIO
 Duci Saxoniae, S.P.D.

Quod

QUOD non tam cito tuis literis rescripserim, praesertim
 accuratè, tamq. prudenter scriptis, ignosce (quæso) mihi
 ea mea fuit culpa, sed cum emergere cepissem ex graui morbo
 quo quatuor penè mensib. oppressus, periculū vitæ non ferre
 nisi, allate egi mihi sunt, meq. summa & incredibili quadam
 prete affecerunt. In eis enim non solum recognoui tuam
 virtutem, & sapientiam, quam semper antea sum admiratus
 singularem etiam & nouam quandam humanitatem cogno-
 uisti. Sic enim benignè atq. amanter me in amicitiam tuam recepisti
 mihi qui hoc summè semper concupiui, vt tibi aliquo
 vinculo coniunctus essem, nihil accidere potuerit optatum. Nunc
 enim ego, Georgi præstantissime, diuitiarum aut. pecuniarum
 tor sum, nec honores & potentiam magno studio requiro: sed
 mo viros animo & virtute excellentes, inque eorum amicitiam
 mutua erga me beneuolentia incredibiliter acquiesco. Itaque
 nunc erga me voluntatè perspecta, crede mihi tanto in te
 sum accensus, vt nemini vnquam concessurus sum, qui aut
 tui te diligit, aut maiore cultu atque honore tuas præclarissimas
 virtutes prosequatur. Quòd si locis disiuñti, congressi vnquam
 colloqui coram inter nos non possumus, literis tamen & cratis
 scriptiōibus idem propemodum assequemur. Sed de rebus, quæ
 in tua epistola graues, & magnæ, & grauitate sunt, tunc tibi
 debeo, cum summū Pontificem fuero allocutus, atq. ipse quæ
 factus ero firmior. Nunc cum nec mente adhuc, nec corporis
 tuis consistam, accipe (quæso) breuē hanc epistolam, tuis
 & amoris erga te mei. Cū primū facultas dabitur, vberius
 scribam: nec te patiar officium in eo meū desiderare. Tu vt
 tudini operam des, nosq. diligere pergas, magnopere a te
 Vale. Romæ IV. Cal. Ian. M.D. XXXVII.

III.

IAC. SADOLETVS CARDIN. GEORGIO
 Duci Saxonia S.P.D.

SUPERIORIBVS diebus, cum accepissem tuas, non solum de
 stitisse, verum etiam prudentissimè scriptas literas: imple
 graui morbo nondū recreatus, etiam tum nonnulli labora-
 vt domo pedem nequirem efferre: non potui ita cito illis re-
 piebam responderi: quamquam me & officii stimulare, & am-
 mihique eam cutam iniiceret, vt sapientissimi Ducis, & optime
 partam mihi beneuolentiam, qua munus nullum maius a quo
 quam expectare potui, studiosè ac diligenter mihi tenendam
 tatem. Sed, vt dictū apud veteres est, necessitati ne Deos quibus
 ipsos repugnare, sic me corporis imbecillitas differre totum

egeant cogit, maxima mea quidem cum molestia. Quid enim
 mirum optatus, quam quo vno modo fieri potest, per literas
 vobiscum colloqui tecum quem habeo prope vnum hoc tempore,
 de cuius virtute, sapientia, pietate, praestantissimi iudicii faciam:
 & in cuius humanitate & benevolentia erga me, animus meus
 praecipue requiescat? Sed, ut dixi, vis fuit quae me impedit, quo
 minus quod summe cupiebam, facere id exequi possem. Quam
 tu vis, & quam meam tarditate cunctationemque in rescribendo,
 pro tua illa singulari naturae clementia aequi boni consules. Et si
 his paucis diebus de di ad te literas breues illas quidem, sed tamen re-
 ctas, cum eiusdem & animi mei, & voluntatis. Post illas autem da-
 ces, cum factus essem aliquando firmior, nihil antiquius habui,
 quam adire ad summum Pontificem, cui literas tuas ostendere. Quae,
 ut erat, sic illi videbantur plane accuratè scriptae, & persapien-
 ter. Neque verò ille taciturnus habuit, neque de tuis virtutibus non
 amplissime est locutus. Sed cum maxima significatione sui erga te
 amorem, & commendationem laudum tuarum, totum penè curricu-
 lum vitae tuae mihi exposuit: Quid tibi ipse, quid sancta apostoli-
 ca fides deberet, quibus tu non operibus solum, sed etiam bene-
 factis cunctum Christianum nomen comprehendisses. Hec ego
 tui vel omnia, vel multò maxima ex parte per me intellige-
 bam: tamen non mediocri afficiebar letitia, cum audiebam sum-
 mum vnum, summi etiam principis voce & testimonio laudari.
 Iam hoc tibi plane confirmo, si qua sit res, quae tibi videatur ad
 commodum, aut honorem tuum pertinere, quam Pontifex ipse effi-
 cere possit facile te apud eum, & autoritate & gratia, vel me ipso
 intercedere, vel alio quouis valituro. Non enim ipse minus gra-
 tias est quam prudens. Et cum per prudentiam optime discer-
 nat, qui sint de Republica meriti: tum autem bonitate & benefi-
 centia erga eos est propensus. Sed haec haec tamen. Nunc venia-
 mus ad eas partes epistolae tuae, quae maximam curam in respon-
 dendo requirunt. quarum omnium praeclearè abs te positum illud
 fundamentum est, te semper existimasse, statum orbis terrae com-
 mode regi non posse, si qui praesunt, & imperium obtinent, ij non
 singulam inter se consensu animorum sint coniuncti. Praeclare au-
 tem Pontificem Maximum ecclesiae, Imperatorem orbi, ut am-
 bos necesse sit pia conspiratione ad salutem cunctorum esse copu-
 latos. Haec ratio conspirationis & concordiae inter duos sum-
 mos Principes, & mihi maxime probata est, & abs te verissime af-
 fertur. nec dubitare quin valitura esset, idque efficere, quod tu po-
 nissime optas, si talia semper essent Principum ingenia, quale tu-
 um est. Dux sapientissime, quale eorum qui Reipub. bono non
 sunt capillatibus addicti sunt, quorum minima semper, ut tute o-
 perantur, fuit multatus. pauci enim omnibus existerunt so-
 culis,



culis, quibus potior esset publica, quam privata rei cura, quibus
 singulari quidem sua cum gloria, & in veterum monumentis, &
 nostris sermonibus adhuc viuunt. Sed tamen ille virtutis splen-
 dor, animis praua affectione corruptis, minime notus est. Cui
 ergo aut Pontifex sui officii immemor, posthabita ratione,
 atque honesti, priuatas suas utilitates persequitur: & vnde ma-
 ior eas se adepturum sperat, eo totus fertur cupiditate & in-
 aut Imperator libidine dominandi, Pontificibus metum appa-
 ta ecclesiastica ditionis iniicit: tum illa contingunt, quae in-
 pic & grauius detestaris. Quae quoniam vtraque lapsus ha-
 sunt, & vt Pontifex priuatum sequeretur commodum neglecto
 publico, & Imperator nonnunquam Pontificum ius vult
 sibi contenderet: siccirco exorta est tacita quaedam cunctorum
 pinio, non posse ipsos inter se firma & fideli beneuolentia in-
 Quo quidem ex dissidio maximas tibi assentior Christianis
 pulis inuectas esse calamitates. Sed quemadmodum vetera tra-
 acta sunt, ex antiquis Annalibus edocemur. Quid autem euen-
 rum sit, nobis incertum est, nisi quod illud non tam expla-
 dum nobis nunc quidem est, quam quodammodo significandum
 fore aliquando vt reperiat remedium, si haec consilia tua in
 dium proferre licitum fuerit, quae meis in hoc genere plane
 consentanea. Non enim si tu me, & ceteros prudentia vana
 quod profecto facis: id tibi etiam concedo, vt religione & fide
 bene agendi vincas. Si ergo promere tales rationes, & eos qui
 dierint velle illis obtemperare rationibus contigerint non dubi-
 fore locum sanctissimis operatis tuis vt & perpetua inter duos
 ce principes concordia constituatur, & e Repub. mala omnia
 tollantur. Quamquam quod optamus, & de quo disputamus
 mirabili Dei beneficio hoc tempore videmur consecuti. Nam
 Pontifex is est, qui nulla cupiditate extraordinaria se trahere
 agi, neque ferri passus est: qui patrem se omnibus commenda-
 praebet: qui nullas partes dissentientium est secutus. Et Imper-
 tor optima mente, summo consilio, ac studio in tuenda Chri-
 na Repub. propè singulari, quodque imprimis ad rem pertinet
 ambo inter se coniuncti cum amicitiae fide, tum eisdem pen-
 diis ad communem salutem & voluntatibus. Quorum con-
 sensionem & beneuolentiam mutuan, qui labefactare & commo-
 re fictis suis sermonibus & iniquis delationibus conati sunt.
 suspicione freti, de qua dixi paulo ante, per quam inter eos cari-
 re posse amicitiam non putatur: is non virtutem & voluntatem
 primorum principum mutauerint, sed magis improbitatem
 stenderunt suam. Quorum talium vtiuam aut minor copiam
 ea minus idonea ad nocendum esset. Sed cum tui desiderium
 tum iam bona ex parte videamur nacti, duob. his principibus

auctoria iunctis, bello retro atque exitioso per inducias dilato,
 aut (quod ego malim) penitus sublato: spe pacis iniecta, quam
 ardentissime & ardentissime expectamus: reliqua est cura
 & cogitatio conuentus publici: qui in vrbe Vicentia, loco oppor-
 tuno & libero, omnibus qui in Christiana religione censentur,
 est iudicandus, post aliquas temporum prorogationes, quas necessi-
 tate huic expressas, qui sine cupiditate iudicant, possunt facile
 cogolere. Eo in conuentu si concursus fuerit is, qui ad rem tan-
 tam requiritur, non diffido fore, quin ad iniustam cuiusdam po-
 tentiam, sed ad bonum commune consilia conferantur. Præ-
 feram si tu, & qui virtutum ac religionis tuæ imitatores sunt,
 concilio interesse studuerint. Nam Pontifex quidem noster o-
 ptimo animo & summa temperantia præditus, multa vestro, &
 tuo imprimis consilio, recta existimaturus est, quæ nunc contrari-
 is et patribus dispurantur. In quibus tua imprimis & cæterorum
 bonorum auctoritas plurimum valitura est. Neq; ego sanctis &
 salutaribus Christianæ Reipublicæ consiliis vlllo loco deero. Sed
 est hic quiddam quod mihi à te petendum sit: scilicet consilio uti
 me iure: quando nil fugere tuam excellentem prudentiam po-
 test. Per hæc autem, non quidē quo pacto in concilio me geram: scio e-
 nim debere hoc me Deo, & fideli meæ, ut nihil in eo dicam, aut
 sentiam, nisi quod mihi rectū esse videatur: à quo ego proposito
 nunquam ne digritum quidem sum discessurus. Noui n. quid hæc
 professio nostra, quid sacerdotii munus, quid Dei omnipotentis
 timor à me postulet. Quæ si non essem literis & libris edoctus, in
 quibus omnem meam ætatem contriui, atq; consumpsi: negotia
 tamē, & rerum tantarum longus vsus, in quantis ego versatus
 sum, facile potuerunt me instruere & docere. Non igitur que-
 ro, quo pacto in concilio me geram: sed quemadmodū erga ad-
 uersarios Lutheranos mihi agendum sit: qui primū dubito inter-
 fuerint concilio, necne. Quanquam si pax vobis diuino bene-
 ficio donata fuerit, Imperatore Carolo soluto à bellicis curis,
 facile ut arbitror cogi poterunt, ut intersint. Sed siue id fiat, siue
 non, accepti animi sum, quomodo cum eis agam: utrum acriter
 ac vehementer, an mansuetè & comiter. Primum quàm malè
 processerint, qui via illa ingressi sunt, intelligo. Alterū ego cūm
 ex peniti conatus sum, literasq; ad eorum nonnullos dederim hu-
 mane, ac satis etiam honorificè scriptas: sentio quàm malè sim à
 multis in ista Germanica natione acceptus, qui me aut scripsisse
 ad hereticos homines, aut illo modo scripsisse arguūt, ac repre-
 hendunt. In quo ego si consilio lapsus sum, studio certè & pietate
 erga Deū non sum lapsus. Quid enim aliud ego quaesui, quàm
 deum non honorificè & comiter ad illos scribo, ut ipsi quoq; ad pa-
 cem moderationem & quandam etiam beneuolentiam mei in-

R. fecte-



flecterent se, atque adducerentur? Quod si essem adeptus, spe
 ui maiora me multò & commodiora ad spem concordie & con-
 nem publicæ utilitatis esse facturum. Quæ voluntas mea
 reprehendenda non est. Nam de iudicio, & verum id sperare
 me factum fuerit, an fecus, tuum præcipuum iudicium Dux
 stantissime requiro: quod apud me maximum semper & gra-
 mum futurum est. Tu enim mihi propositus es, qui & norma
 filiorum meorum, & actionum omnium regula, quæ ad istius-
 di res & negotia pertinebunt, futurus sis. Facit etiam amor
 meus, & fides in futurum iam inter nos amicitia: ut meas ab-
 titissimum actiones aut probari velim, aut corrigi: eum appa-
 rio summam mihi animi voluptatem, correctio autem maxime
 utilitatem sit allatura. Siquidem tuis castigationibus & cor-
 fiam melior. Summopere igitur te rogo, ut de hac rescribas
 hi sententiam tuam. Nam si susceptum mihi hoc negotium
 bendi ad Lutheranos, & cum eis humaniter agendi, ad qua-
 go accedere cepti studio concordie & Christianæ concordie
 adductus, tu non improbaeris: pergam ut institui, & pueri
 genere officii comprehendere, ac mollire contendam. Sin-
 tem hæc tibi tota inanis actio & minus honesta esse visa
 tuum ego consilium potissimum sequar: nec vquam tam
 vlla in opinione ero, (de his loquor opinionibus, quæ ad
 dianas rerum gerendarum deliberationes pertinent) quæ
 iudicium anteponom meo. Verum de his satis. Ego in am-
 hac nostra, cum & officiosi animi tui, & optime erga me
 tatis, ea iudicia habeam, quæ habere semper concupis-
 profecto operam, idque meo incredibili erga te amore per-
 tuaque & singulari observantia consequar, ut me tibi iun-
 micitia esse nunquam te poeniteat. Vale Dux præstantissimè.
 mæ XVII. Cal. Februarii, M. D. XXXVIII.

IV.

IAC. SADOL. CARD. GEORGIO DVCI
 Saxonie, S.P.D.

NO n possum sine aliquo dolore animi scribere ad te, sed
 humanissimis ac prudentissimis literis respondere. Quæ
 reddite mihi essent illo ipso tempore, quo mihi proficere
 be necesse erat, & summum Pontificem qui antecesserat sequi
 habui tum spatium quicquam rescribendi. Nec verò ritine
 vsq; ad Nicæam, vbi principum congressus cum summo Pres-
 ce erat futurus, flata est mihi facultas, non modo mandata
 ris cogitationes meas, sed ne cogitandi quidem quippiam
 & itineris molestia & difficultas, mihi ex superiore morbo

am penitus recreato, & renouatus deinde Placentiæ morbus,
 qui me ad interitum penè perduxit, impedimento fuit, quò mi-
 nus ad te, ad què maximè cupiebam, & quem mihi assidue ante
 oculos propositum habebam, literas darè. Cùm interim meus in-
 te amor perpetuus atq; constans animū meum requiescere non
 sinerent; eo mihi videret peccare, in quo non peccabam. Ita n.
 cogitabam tacitus, atque hæc menti meę subiiciebam: quid ille
 nunc talis vir, & Princeps, cuius tu amicitiam præstantissimis il-
 lius vitantibus permotus tam cupidè appetiisti: si literas flagitat
 tuas, per te què potissimum de rebus quę aguntur cupit fieri cer-
 tior, tum què repentinum admiratur silentium literarum: quan-
 tu eius suspicionem de tua negligentia & tarditate excitabis? cre-
 de mihi Georgi clarissime atque optime, hæc animi mei sollicitu-
 do ad morbum adinecta, ipso mihi morbo aliquantum erat gra-
 uior. Etenim si quisquam est qui officium colat diligenter, & in-
 dolget amori, ubi cum semel erga quemquam susceperit: ego me
 illum esse existimo: erga omnes quidem, in quibus aliqua insunt
 causę cur debeant amari: (nihil enim est mea natura ad aman-
 dum, & ad fauendum bonis propensius) in te ipsum verò hoc acri-
 us ac vehementius, quòd nec dignior quisquam ab illo vnquam
 hominū qui amerit delectus est: nec eis virtutib. ornator, quæ
 non solum officia benevolentię requirunt, sed obseruantię etiã
 summę reuerentionis. Quæ cùm ita sint, cumq; ego tibi iamdu-
 dum meū omnem amorem, studiū, honorem, obseruantiamque
 deuotissime rogo atque oro, vt hæc meam prætermissionem of-
 ficii in eam partem accipias, quasi hæc culpa non mea sit, vt certè
 non est, sed fortunæ: quæ fecit, vt nec ego meę cupiditati ad te
 scribendi obsequi possem, & tu diutius, quam par erat, literis me-
 is careres. Habes causam meæ taciturnitatis, quam tibi pro tua
 singulari bonitate & sapientia planè probatam iri confido. Nunc
 autē reliqua. Nicæam veni quomodo quidem potui, delatus le-
 gitima, omni ratione admittens, vt interessem consiliis, in quibus de
 summa Republica agebatur: cùm tamen quotidie aliquot horas
 leui fœdiculari laborarem, essetq; inualidus: qua inualitudine
 adductus non sum vt desisterem à muneribus publicis. Non e-
 nim mihi corpus esse magnificandū duxi, dum aliquam operã
 nauarum tum ipsi immortalis & omnipotentis Deo, tum pura illi
 sanctiq; Christianæ fidei, quam nos erga eundè Deum cõstanter
 retinemus. Cuius tu quidem fidei Georgi hoc tẽpore præcipuus
 es, & propugnator, & signifer. Itaque in senatu, cùm his haberetur
 semper interfui: dixiq; de pace, de cõcordia, de statu Christiane
 Reip. sententias. Collaudaui summum Pontificem, bene insti-
 tutam ab eo, susceptamq; pacificandę prouinciam vehementer
 comprobauit: precatu sum vt pergeret, instaret, rē vrgeret. No-

R 2 si iam

sti iam cetera, quæ in hanc rationem dici possunt. Id quoque
 priuato officio, ut cum utroque principum colloqueret, de
 dem rebus cum illis agerem suaderemque, ut ciuilibus extingui
 cordis, Christiano nomini ob eorum dissensiones precipue
 ranti, & ab hostibus. Turcis in extremum penè iam discrimen
 cto, coniunctis animis ferrent opem, hostesque compimerent.
 linquerent hanc tanti nominis tantæque gloriæ hereditatem
 suis. Quæ quidē hereditas neque iis qui illam reliquissent, nec
 qui accepissent, unquam esset interitura. Nam cetera que
 fortuna, opes, diuitias, honores, imperia, omnia fluxa & casu
 existere: neque quenquam ea scire quandiu sibi aut suis man
 sint. Hoc pietatis erga Deum specimen, hoc officium vere Christi
 norum Principum, sine ulla controuersia fore sempiternum. In his
 monibus cum utroque Princeps aptè admodum mihi, atque
 responderet, perpexi optimum animum Christianissimi Regis
 faris autem virtutis & animi magnitudinem vehementer posui.
 Post consecuta ea sunt, quæ tibi nota esse certò scio. Primum
 ad inducias decem annorum attinet. Deinde quod ad collo
 ipsorum Principum, eorumque inter se complexus, con
 gationes, lacrymas: ut omnia optata à nobis & desiderata
 non solum signa atque indicia, sed certissima etiam pignora
 beamus. Quæ mihi cum sua sponte iucundissima sunt, nihil
 nimium vidi in vita quod lætius mihi, aut optatius acciderit. rem
 rō cumularum gaudium meum cogitatione illa, qua te quoque
 mo ob easdem res frui gaudio non dubito. Itaque & sæpius red
 epistolam tuam hanc, quæ postrema ad me missa est, in qua
 ego vera optimi Principis expressa cernitur: & ea memoria
 tens, quæ sæpius à me tibi significata sunt, & mente & volun
 te summi Pontificis à dissidiis aliena, de coniunctione euo
 cum Cæsare, de rebus cæteris: valde sanè delector, & mentem
 dem apud te constituisse, & ea que optando in literis tuis san
 sime prudentissimeque designas, ex sententia tibi atque cal
 etiā mihi Dei immortalis incredibili beneficio feliciter euen
 Sed de his satis: etenim vereor ne hæc ipsa epistola modum in
 ierit. Ego à Nicæa Carpentoracte ad meam ecclesiam dis
 locorum viciniam, & spem commodiorem ex morbo con
 lescendi secutus. Vbi nunc sum, nec me hachyeme in Italiam
 iturum arbitror, ut postea melius confirmatus ad vobis profic
 possim, atque ibi Reip. atque amicis operas meas impendere. Nam
 tibi mitto orationem quandam meam, quam ego Romæ
 feceram ante discessum, modò Carpentoracti relecta ea à me est
 & aliquot locis commutata. Ea continet sanè modestam immo
 videtur) & cuiuslibet rectè iudicanti probabilem sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ & totius sacerdotii defensionem, aduersus probro

per quotidianas Lutheranorum vituperationes. De qua oratione aut continenda aut inuulganda tuū iudicium potissimum expecto, si eam vtilem, si profuturam existimas. Namque ego irritare neminem profusus volo, nec ferere contentiones: hortator enim sum pacis & autor: id scribere opto, quod nec Lutherani in quo omnino animo ferant, & Catholici accipiant acquisitum. Hoc tu Dux optime diligenter animaduertes, mihi que sensum animi tui significabis, & suadebis quid agendum sit. Te, & item Cochlaeum, & Iulium, tuos viros optimos, & optime de Christiana religione meritos, quos ego quoque valde diligo, rogatos volo, ut antequam ad me quid sentiat, rescripseritis, ego que vobis responderim, in alienas manus orationem meam ne exire patiamini. Vale. Carpent. XI. Calendas Octobris, M. D. XXXVIII.

V.

IAC. SADOL. S. R. E. CARDINALIS
Iulio Peflugo decano Misnensi, S. P. D.

NO: mirari, si tuis sanè iucundis mihi & suauibus literis necis respondeo, quam æquum fuit. Cùm enim in illo ipso nostro exiit Roma discessu, quo Niçeam omnes contendebamus, eas accepissem: neque tum spatium habui rescribendi, & toto illo itinere incertis febribus doloribusque intestinorum grauissime vexatus, vix vitam potui retinere: quæ certè fuisset amissa, nisi Dei summi bonitas & clemètia opem mihi tulisset. Quamquam vtrum mihi magis expediat vtiliusque sit, viuere, an mori, ego nescio: neque horum alterutrum mea multum interest, idque ad Deivoluntatem totum reicio. Literis quidem tuis, ut primum commodè licuit, respondere non prætermisi: quas mihi factis fuisse gratissimas. Nam & ingenij tui specimen mihi detulerunt, & iudicium erga me non mediocri amoris. Quorum alterum facit, te dignum omnium beneuolentia iudicem: alterum, ut ipse quoque te diligam. Quod quidem ita necessè est, si volo esse, quem tu tibi alias cognitum ita humanum & comem esse scribis. In quo profecto non aberrat à natura mea prædicationis tua: sum enim ad fauendum bonis mitificè propensus. Itaque quod meam in fidem & patrocinium contulisse te scribis, ego vero te tali charissime in ius & in amicitia fidem libenter recipio, vel tuæ virtutis, vel cognati tui hominis amplissimi collega mei causa, quem ego & viuum dilexi semper, & mortuum eadem beneuolentia profecto, nec vquam illius eximias virtutes officiaque erga me è memoria deponam. Est & illa causa, cur te debeam amplecti, quòd videre mihi videat in literis tuis pietatem eam quam erga Christianam Remp. es affectus. Sic enim quæris, sic

R 3 Iuges

luges rerum praesentium statum, ut appareat te meliora valde
 pere. Cui cupiditati tuae, meaeque vna eandem rerum volun-
 tate, vti nam praepotens Deus secundo aliquando exitus conce-
 dit. Sed haec haec tenus. Ego in praesentia Carpentorachi sum, a Nicæa
 huc digressus, quietescendi aliquandiu & valetudinem cura-
 gratia. Tu si quid opera mea indigeris, dum in his sum locor-
 si eras, cum Romae fuero, vbi me vere proximo futurum esse
 bitror, praesens ipse ita te & res tuas tuebor, ut quoad con-
 poterit, te aliquid in me praesidium tuis & rebus & fortunis con-
 stituisse nunquam peniteat. Vale. Carpentorachi, XI. Calen-
 Odobris, M. D. XXXVIII.

VI.

IACOB. SADOLET. CARDINALIS
 Ioanni Cochleae, S. P. D.

TVAS literas XVII. Calend. Augusti Misinae datas, ego Car-
 pentorachi VIII. Calen. Decem. accepi. Eas tu me Romam
 aut in itinere sperasti accepturum. Quae opinio non solum me
 sed me ipsum etiam fefellit. Nam summum Pontificem ad con-
 ciliandos Principes Nicæam proficiscerem, ego ex vrbis profectus
 tus, toto illo itinere Praesentia praesentium, grauitate agrotavi. No-
 tamen defuit quin peruenirem Nicæam, illisque sanctis & libe-
 raribus negotiis interesset. Post conuentu soluto, locorum vici-
 nitatem, & caeli salubritatem secutus, Carpentorachae meam
 Ecclesiam me recepi, vbi etiam nunc commoror, nec ante peccatum
 verum in Italiam rediturus sum. De his omnibus, deque iudi-
 cii & compositione inter dissidentes antea inter se Principes
 facta, scripsi superioribus diebus ad clarissimum virum Ducem tunc
 quas ad eum literas hoc tempore arbitror esse perlatas, & con-
 cis vna oratiunculam quandam meam, quam ego Romae con-
 scripseram antequam inde proficiscerer, ad haec ipsa negotia
 delictet, & Germania & Lutheranorum pertinentem. De qua ora-
 tione cum Georgij ipsius optimi, doctissimi, religiosissimi prin-
 cipis, tum tuum etiam iudicium exquirebam: edendane esse
 diceretur, an potius domi continenda: quod ut magis patet tua
 litera faciunt. Scriptae enim sunt & accuratè, & prudenter. Videtur
 enim (quemadmodum tunc scribis) disceptatio ad vos, ad nos
 autem iudicatio magis pertinere. Itaque ego, qui de tua & do-
 ctina, & probitate, semper optimè sensi: nunc ex his literis tuas
 & ex eo libello, quem ad Sturmium misisti, qui a me lectus fuit
 ma cum voluptate est, addidi etiam aliquid ad opinionem per-
 nam. Non enim solum mihi doctè, verum etiam moderatè, &
 leniter scribere videris: quam ego scribendi rationem & vnam
 impo-

impunitis probare soleo. Dederam fanè ego quoq; ad Sturmium literas, cum leniter obiurgans: quarum exemplum misi ad te, ut tibi etiam viderentur inuulgandæ, tuo arbitratu statueres. Deest enim nos istorum insolentiam non exasperare conuictis, quos in genere maximè exultant ipsi: sed mansuetudine retundere, quod proprium officium Christiani hominis est. De concilio ipse non amisi, bene enim sentio de Pontifice maximo. Hac certe postrema eius prorogatio, rogantibus & contendentibus ambobus principibus, facta est. Quare ego quoq; ad id temporis quo auspiciandum concilium est, in Italia esse cogito. Albertum Pighium, hominem meo quoq; iudicio doctissimum, audio ex te libros editisse de Ecclesiæ Principatu: quos equidem habere cupissem, libenter enim lego eius hominis scripta. Quòd verò in quibusdam tibi videatur nimis ille exaggerare summi Pontificis auctoritatem, idq; tametsi verè fiat, tamen in hoc tempore non nihil periculosum esse, noli agrè ferre. Vtinam tam mores nostri probati essent hominibus, quam est Pontificis potestas sine vlla dubitatione maxima. Neq; hoc nocere publicæ causæ (ut ego arbitror) potest. Reliquum est, ut à te petam, ut ad me frequenter scribas, faciasq; me de istis rebus Germaniæ quæ sapissimè certiorè: quòd nihil gratius expectare à te possum. Mea & benevolentia & opera semper est tibi, & erit parata. Vale, & Georgium ducem præstantissimum omnium, meis verbis iube saluere quam plurimum. Carpent. Pridie Calend. Decembris, M. D. XXXVIII.

VII.

IAC. SADOLETUS CARDINALIS

Julio Peflugo, & Joanni Cochleæ, S. P. D.

COMMUNES ad vos dedi literas, quòd eram multis occupationibus impeditus: vestras autem amborum & diligenter, & non sine aliquo animi dolore legi. Quæ statum mihi Germaniæ ante oculos posuerunt & infelicem, & miserum: & cui (ut perspicio) non à nobis, sed à summo Deo auxilia sunt petenda. Quamquam ego quidem pro mea parte nò deero. Sed quid possum vras, aut certè cum paucis: video enim omnino paucos quibus ista negotia sint cordi. Concilium futurum sit, necne, non possum affirmare certò. Spe tamen teneor, Pontifici Maximo hanc rem fore curæ: optimè enim ipse & loquitur & sentit. Quo autem tempore aut quo Christiani populi commodo sit futurum, nò habeo quid dicam. Primum pendet nò è Pontifice solùm, sed Christianis etià ex principibus, qui maioribus curis districti mihi videntur: præsertim tanto confiato aduersus Turcas bello. Alterum, quidnam euenturum ex concilio sit, nec satis scio, nec si seiam

R + aulum

ausim dicere. Maxima mihi videtur ratio fore cōstitutenda Christianae Reipub. si Pontifex vnus ad corrigendos mores Ecclesiae incubuerit. Quod ipse tamen praedicit & promittit se facturum. In vestris porro literis tua pietas in Christi rem & fidem mihi probata est, & beneuolentia erga me iucunda, neque ego propter virtutem tuam propterq; cum Principem, cuius reuerentia tubernalis, ego amantissimus & studiosissimus sum, velle vobis loco sum defuturus. Tu verò Cochlae, nihil mihi gratius fore potuisti, quam me de illis in oratione mea partim meos, partim etiam librarij erratis admonere, quae ego corrigi iussi. Hoc me amabis, semper vt me admones facies. De oratione edidisti scripti ad Clarissimum Ducem Georgium quid mei consilij. Tu illas leges literas, & ages quod vtile tibi videbitur. Christianum esse Reipub. Librum tuum in illas vesanas Lutheri declarationes, legi summa cum voluptate, vehementerque probavi. Auctor posse me asfirmare, raro adhuc vidisse in eo genere eamquam editum, quod distinctius mihi, & accommodatius scriptum videretur: atq; ex ea quidem doctrina, quam ego maxime probo: non spinosa & cavillosa: sed plana, atque illuta, & purae sacrarum literarum fontibus deprompta. Quamobrem miror vultum hominem impurissimum, ita ferreum os ad contentiones studia afferre, vt eum neque vitae neque impietatis suae penitentia. Sed illum vlciscetur improbitas sua. Ego quodam alio in opere quod nunc cudo, habeoque in manibus, nonnulla infectio Lutherani dogmata, eorum quae maxime ad refellendam Christianae religionem intenta sunt. Rectene an perperam, tuum & aliorum erit iudicium. Mihi quidem voluntas bona est, & ad utraque auctoritatem Ecclesiae animus paratus: sed vires interdum me deficiunt. Quicquam tamen erit a me, ad Dei gloriam & fidelium populi salutem totum erit. Tu vt scribas ad me crebro Cochlae, atque adeo ambo vt scribatis, vobisque persuadeatis me occupare & velle vestra causa, a vobis peto. Valet. Car.

VIII

IACOB. SADOLET, CARDINALIS
Ioanni Cochlae, S. P. D.

BINAS à te vno ferè tempore accepi literas, quae vtinam a me nunquam fuissent allatae. Trifidissimum enim mihi inuenerunt, de Georgij morte optimi & sapientissimum Principis. Quem ego propter praclarissimas illius virtutes, aequitatem, religionem, integritatem, prudentiam, summo in honore habebam: eumque ita amabam, vt si fuissetis eodem ex vivo geniti, neque maior meus erga illum, neque iustior potuerim esse.

amor. Itaque tanto dolore sum affectus, ut moderari mihi ipse
 non queam. Quid enim est quod me amantissimum & talium vi-
 rorum, & rei Christianæ publicæ, maiore vulnere conficere po-
 tuerit, quam tanti Principis mors? quæ, ut ipsi forsitan matura,
 rei quædam publicæ exitu peracerba. Mihi verò tantum mæro-
 ris, tantumque luctus attulit, ut penè mihi solus in hac calami-
 tosa conditione temporum videar esse relictus. Qui cum die no-
 ctæq; de Repub. cogitans, in eo curas consumerem omnes meas,
 ut aliquando reconciliata Ecclesiæ vnitate, in pace & otio debi-
 tum cultum Deo tribueremus: maximam eius rei spem in illo sa-
 pientissimo Principe repositam habebam. Quo nunc sublato,
 quid est quod sperare amplius, aut quod nostris conatibus & cõ-
 silijs conidere debeamus? Quanquam soler Deus, cum ad de-
 sperationem penè res ipsa nos deduxerit, subitas interdum spes
 & improuisa auxilia fidelib. suis ostendere. Quem equidem sup-
 plex omnibus precibus obtestor primùm, ut animæ illius præ-
 stantissimi viri clementiam & misericordiam suam tribuat. De-
 inde, publicum ita agi permittat, ut ne cogamur eum nimis sæpe,
 nimisque acriter & dolenter desiderare. Etenim video pericula
 que impendent: tuque satis planè ad me omnia perscribis. Sed
 tibi mi Cochlæ, quantum in me est, quodq; mea exigua fortune
 mihi concedunt, ita benevolentiam meam polliceor, ut nulla
 sim vnaquam in te tibi defuturus. Cum hæc ad rescriberem, abe-
 ram ab vrbe, deque meo illhuc reditu nondum quippiam certi
 cõstitueram: ut te non possem Pontifici Max. præfens commen-
 dare. Sed quod absens efficere possum, scribam ad amplissimum
 virum Gasparem Contarenum, ut is & suam & meam vicem in te
 commendando suscipiat: addatq; ad amorem eum quo te ipse
 diligit, aliquid præterea mei honoris, & mea erga te voluntatis
 causa. Quod facturum illum nõ dubito, tanta est virtus hominis,
 & in omnis bonos beneficentia. Ego, quæ meæ erunt partes, no-
 men & memoriam sanctissimi Principis mortui, charissimè sem-
 per diligentissimèq; custodiam. Tibi autem & Iulio ita ero affe-
 ctus, ut plus quidem vos in me facultatis ad vos ornandos, amo-
 ris autem & studij nequaquam plus sitis desideraturi. Tu cura ut
 vales, & in omni fortuna eam patientiam præsta, quam Chri-
 stiana virtus postulat. Carpen. VII. Idus Iulij, M. D. XXXIX.

IX.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS,

Ioan. Cochleæ, S. P. D.

DOLERE non paruo affectus ex tuis literis, quas abs te men-
 se Augusto datas, ego VI. Idus Nouembris. accepi, statim

R 5 has ad

has ad te scripsi: non sine aliqua aduersus fortunam querela. Quòd cum iam antea tibi, & illi praestantissimo Duci Georgio de mea ad Germanos oratione nõ vulganda rescriptissimum edidisse de ex binis literis tuis, primura de obitu filij, deinde de ipsius iam morte certior factus, tibi quoq; iam respondissem, illius religiosissimi Principis obitum, & simul Reipub. Christianissimae civitatem deplorans: intelligo nihil mearum ad te literarum perlatum fuisse: cum tamẽ abscns adhuc & in Ecclesia mea mater Carpentoracti, meis qui in urbe sunt, præcepissem, vt omnes meas ad te literas per Ambrosium Theutonem, quem tuum nominas in literis, ad te mittendas curarent, quòd ita factum esse ab illis non dubito. Sed fortuna profectò mihi meos orationes nouare voluit, quem ex Georgij oprimi & sanctissimi Principis morte acceperam, cuius mihi mentio & nomen ita hæret in membris sensibus, vt nunquam Deo pro mortuis supplicem, quàm illum nominatim & imprimis diuinæ misericordiae commendandum. Sed hæc quæ ad priuatum officium pertinent, non tam nobis commemoranda, quàm præstanda sunt. De te mi Cochlæe res hoc tibi maxime persuadeas, eam me suscipere cogitationem, quàm frater de fratre suscipere solitus est. Amo enim te, tum pietatis, religionis, doctrinæq; tuæ causa, quæ ego magnifacio: tum etiam quòd intelligo me abste amari. Itaque facultates meas, quantulacumq; ea sunt, omnes tibi libenter defero. Si ceteræ deficiant, quæ aliunde maiora & vberiora expectare potes, digna virtute & laboribus tuis, apud me quidem receptus tibi est. Communicatio fortunarum mearum: quæ est pertinetes sunt, animis tamen à cupiditatibus liberis, & maioribus virtutis ac literarum subsidiis præditis, exiguae opes ad bene viuendum sufficiunt. Si Romæ essem, plura polliceri tibi possem: nunc enim sum in his locis, neque illhuc (vt nunc est) me cõferre cogitem, causis & multis & necessariis adductus, vt Euangelij verbis vrar, quod habeo, mi Cochlæe, hoc tibi do. Tu certe nunquam in me nec fidem, nec officium, nec amicitie memoriam, nec beneuolentiam minis animum desiderabis. Inilium tuum quem singulariter diligo, cupio tecum omnia habere prospera. Fauo certe vtrique vestrum & vestro proprio, & communis religionis nomine. Quis scribis ad me de Ecclesiis istis desertis à cultu Dei, deque conuulsiõnibus aduersariorum nostrorum, periculisque omnibus quæ pro & probis hominibus impendent: ita mihi acerba & intractabilia sunt, vt non audeam ea, tanquam vulnera animi mei, verbis conficere. Deum supplex oro, vt aliquando ipse benignioribus oculis nos respiciat, non enim iam vllis nostris in consiliis, sed in vno sunt omnia, ad quem spes nostras penitus habere committenda debemus. Vale. Carp. Pridie Idus Nouemb. 1539.

X.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS GV-
lielmo Duci Bauaria S. P. D.

CUM ab Carpentoractensi Ecclesia mea Romam rediissem
 Pontificis maximi iussu non modò euocatus, verum etiam
 compellus, nihil habui antiquius, quàm vt ad te literas darem:
 per quas testarer, illum ipsum amorem, illam insignem beneuo-
 lentiam simul & obseruantiam, qua te & fratrem tuum clarissi-
 mum virum, vniuersamque domum & familiam vestram semel
 sum, non casu, nec fortuitò, sed propter maximas virtutes, ve-
 straq; in Christianam Rempub. egregia merita complexus: ma-
 nere & perleuerare eandem, nec ob meæ absentia diuturnitatem
 quicquam tibi detrimenti, aut diminutionis accidisse: meq; eo ef-
 fe animo, quo semper fui: vt vestro honori, commodo, dignitati,
 ornamentisque omnibus, incredibili animi studio sim addictus.
 Sic enim & summa virtus vestra nobilitasque meretur, & meæ
 constantia ratio postular, & tempora ipsa præcipuè requirunt:
 in quibus turbato statu orbis terrarum, diuinis humanisque le-
 gibus penitus contemptis atque reiectis, vestra imprimis pietas,
 & sapientia, tanquam in tenebris lumen elucet. Itaque ego, qui
 ob propinqua pericula quæ instant nobis Christiano atq; im-
 munit, dies noctesque assiduè sollicitor, nec vllam partem ca-
 pio quietis: vehementissimè equidem optarim habere Stoca-
 merum nostrum, aut alium quempiam tuorum, qui cum ea
 quæ me angunt & sollicitant, communicare tutò possem. Profe-
 cto enim si cæteris auxiliis, opibusque deficior, quas si haberem,
 libentissimè tibi deferrem: non omnino monita, consiliaque
 mea tibi aut ingrata essent interdum, aut inutilia. Sed tamen
 ita Stocamerum habere velim, si id quoque reliquis tuis ratio-
 nibus conducatur. Etenim scito, me grauitè angere, quòd video
 nos omnes in extremum iam ruere discrimen. Quando ista auxi-
 lia apparatusque Germania, qui feruntur, me quidem non con-
 solentur, sed perterreant. Quamobrem & quibus de causis, non
 est epistolæ committendum. Sed hæc hæcenus. Et quando iam
 Romæ, & apud Summum Pontificem sum, ita hic tibi operam,
 fidem, studium, benevolentiamque meam defero atque polli-
 ceor: vt tibi hoc esse persuasissimū velim, neminem te vnquam
 repererim esse, aut amantiorē tui, aut qui maiore stu-
 dio & diligentia tuis rebus deseruiat. Vale. Romæ,
 VI. Idus Maij, M. D. XLII.

IAC.

IAC. SADOLETUS CARDINALIS
Helmo Duci Bavariae S. P. D.

ACCEPI tuas Dux praestantissime literas, ex quibus de
 letitia affectus sum. Nam & de tua, fratrisque tui duci
 mi viri salute & incolunitate nuncium mihi optatissimum
 lerunt, & vestram mei erga vos amoris memoriam declararunt
 sunt apud vos vigere. Quorum utrum mihi iucundius accipere
 iudicare difficile est. Sed quod pertinet ad eas curas, & sollicitu-
 dines, quibus cum ad te scriberem, vehementer etiam distulisti
 & ob quas Stocamerum hic adesse cupiebam: ut satisfactum
 fiderio tuo, qui te cupidum cognoscendi esse scribis, quae
 tantoperè sollicitum tunc habuerit scio me, cum dolerem
 mentissimè & angerer, regnum Vngariae ab immanissimo
 nominis nostri Turca Christianae Reipublicae esse ereptum.
 iore quoque metu praeterea fuisse, ne expeditio ista Ger-
 mnia, & conatus vester regni illius recuperandi cumulare
 tius clades & ruinas nostras, quam leuaret. Cur autem
 pertimescendum putarem, has habebam causas. Primum
 debam exercitum constatum ex variis nationibus, non facile
 unum posse consensum conspirare: ut omnium profus eade-
 esset, & vis & voluntas. Deinde, intelligebam nullum esse
 nostri exercitus ducem eiusmodi, qui scientia rei militaris
 re, autoritate & fama rerum antè gestarum, milites ad prop-
 alacriterq; parendum cogere & compellere posset. Tum
 territis altero iam, aut tertio aduerso praelio nostrorum
 non magnoperè confidendum putabam. Postremo, ut effra-
 lerabilia cetera, videbam tamen in vno praelio periclitari
 nam totius Christianae Reipubl. quae, si fusi, fugatique
 (quod quidem Deus omen in suos hostes conuertat) nullum
 hi videbatur praeterea habitura praesidium, quo aut se sustine-
 diutius, aut vnde niti ad se vindicandam posset. Etenim quomodo
 intelligat, si victus sit noster exercitus, Austriam continuo in
 stium ditionem concessuram? Germanos Principes ut quomodo
 proximus Austriae sit, differendi supremi exitus causa, pactum
 & foedera cum Turcis questuros? Maximum subito equitatum
 hostium in Italiam irrupturum: omnia denique terrore &
 multu completum iri? Atque haec cum timerem, grauius
 illa re exterrebar, quod contra apud hostes omnia se habebat.
 Vnus Dux summa potentia, & autoritate, exercitus numero
 finitus, concursus inter se atque consensuens, idem confiterens
 vincendi ad pericula audax: equitatus praeterea propè innum-
 rabilis: quem quidem equitatum quomodo nostri sustinere pos-

scem non facile rationem inueniebam. Hæc cum cogitarem, Dux optime, & perhorrescerem casum propinqui certaminis, non immerito (vt aditor) quietem animo non percipiebam. Nunc pars mihi aliqua timoris adempta est, si Rex hostium (vt aiunt) ad exercitum non est venturus. Quanquam his paucis diebus cõ-
tarij venire nuncij: qui pertrulerunt illum ad iter sese, & ad bel-
lum accingere. Habes rationem angorum & sollicitudinum mea-
rum. Sed de his satis. Ego tibi & fratri tuo, toti que familie vestra
ira sum animo beneuolentiaq; additus, vt nihil sit quod vehe-
mentis optem, quam & diligi à vobis, & meum vobis amorem
omnibus in rebus præstare atque ostendere. Romæ. X. Calendas
Augusti, M. D. XLII.

XII.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS GVLIEL-
mo Duci Bauariæ S. P. D.

Qvod post reditum meum ad Vr̄bem, non contiaud dede-
nim ad te literas: nec veteris meæ erga te obseruantia bene-
uolentiaque memoriam rehouarim: non mea negligentia, neq;
ad eõ obliuione mutui nostri amoris: sed potius pudore quodam
accidit. Cum enim sapius iam conatus essem, exoluere me his vr-
banis curis atque negotiis, & in Ecclesia mea Carpentora cõtensi
Deo, & mihi, & populis meis duntaxat viuere, studia que ea perfe-
qui, quorum & liberalissima est cognitio, & fructus iucundissi-
mus, nescio quo meo fato siue iniqua potius conditione fortu-
nae (nam que ego meas partes sedulo & accuratè egi) contingere
tamen mihi non potuit, vt animo meo morem gererem: colerem
que eam vitam, in qua qui doctiores & sapientiores semper exi-
stimati sunt, munia beate vitæ maximè posita esse censuerunt.
Sum enim quotiescumque illuc me contuli, toties huius Pontifi-
cis Maximi, à quo etiam præsertim mihi assentiente, commea-
tum obtinueram, iussu atq; imperio in hanc vr̄bem reuocatus.
Quæ si meæ, ac non alienæ voluntatis commutatio variasque
excitaret, paderet me vehementer inconstantiæ meæ, neque au-
derem quicquam hoc ad te tempore scribere. Quid enim esset
quod polliceri alteri de me possem, si mihi ipse & consiliis meis
non constarem? Sed cum, si qua in hæc re culpa inest, ea certè
mea non sit, potiusque temporis & rebus quotidie nouis, quam
consilio cuiusquam aut voluntati illa sit attribuenda: peto à te
Dux humanissime atque optime, vt quod ego toties domicilium
committasse visus sum, id Pontificis voluntati tribuas: quod suam
ille voluntatem, id assignes temporis. Proxima enim causa illinc
me extrahendi & Romam euocandi, concilij habendi necessitas
fuit

fuit & cogitatio. Quod vtiam consilium bonum ac profectum Christianæ sit & religioni & Reip. Etsi Deum quidem consilio debemus tandem aliquando populis suis esse consulturum, tamen, vt se nunc res habent, quid spei certæ sequamur, procedemus. Illud quidem in hac tanta perturbatione temporum, singulari tamen nobis est lætitiæ & voluptati, quod apud omnes bonos tuum nomen in summa est gloria. Nihil enim tantum bre, neque tam commemoratum est, quam tuæ virtutis, constantiæ, pietatisque prædicatio: quæ vna & conscientiam omnium voce in cælum meritò fertur. Itaque ego qui tuam amplitudinem iam diu omnibus meis studiis officiisque sum complectens, quotidie non benevolentia quidem (nam ea ad summum non peruenerat) sed meis dictis, testimoniis, scriptis, ad te condum honestandumque sum propensior. Gaudioque vehementer, & tibi gratulor, quod in reddenda tuis clarissimis virtutibus debita laude, ego qui tantum cæteris studio erga te amplexor anteeo, prædicatione tamen tuorum meritorum superiores non possum; tantus est consensus omnium, de te omnia præcra egregia que memorantium. In quo non magis homines, quam Deus ipse, cuius tu integram & veram religionem sustinas ac defendis, de tua fide & sapientia illustre testimonium ferit. hæc que theatrum maius & grauiorem operam desiderant, tempus magis idoneum differenda sunt. Ego sicut tibi sepe scripsi, quicquid in me est, quantum id quidem est, ingenio, diligentia, studij, autoritatis, totum tuis commodis & voluntatibus ita polliceor ac defero, vt si quid vñ venerit, in qua causa mihi sit elaborandum, id sum alacrius multò, libentiusque facturus, quam si mea ipsius causa idem mihi conandum suscipiendum esset. Quod cum acciderit vt agam, cura quidem & amore satisfaciam tibi: studium autem & cupiditatem meam satisfaciendi nunquam assequar. Nunciatum est nobis frater tibi decessisse ornatissimum, atque nobilissimum: quod mihi auditu sanè quam molestum fuit. Amaui enim illum semper, cum vnà, dignissimumque illo loco & honore iudicauit. Quod si de tua virtute & sapientia non eam haberem opinionem, quam certè habeo, aggrederer fortasse aliquid ad te consolandum exponendisque rationibus, quare tu hunc casum animo assequere deberes, leuare dolorem tuum adniterer. Sed cum tu meliorum consiliis non indigeas, magisque ipse ad consilium dandum sis paratus, superledebo hoc genere orationis. Tantum te hortabor, vt animum illum, illamque prudentiam, quam cæteris rebus eximiam præstas, eandem in hac quoque re adhibere meditare: vt omnes homines intelligant, nihil tibi deesse, quò minus & in secundis rebus & in aduersis, par & perfectio

deus & virtus sit, & constantia tua. Iterum & sapienter vale. Roma, XVII. Calend. Augusti, M. D. XLV.

XIII.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS
Guilielmo Bauariae Duci S. P. D.

Cum ex literis tuis multiplex sum ac varia animi letitia & voluptate affectus, tum quod in extremis illis a te est positum, grauissimisque & ornatissimis verbis explicatum, id mihi maxime iucundum, & de tua singulari eximiaque virtute etiam admirabile accidit. Sic enim scribis, te hanc piam & sanctam Catholicæ fidei, & Christianæ religionis causam, quæ omnium bonorum Principum communis, & quorundam etiam magis propria esse deberet: nulla factura & periculorum, quæ plurimam auidi, habita ratione, & amplexatum esse adhuc constanter ac fuerit, & ad vltimum vsque spiritum amplexaturum esse. Quibus tuis verbis quam expressiorem habere desiderarēne possumus Principis optimi & præstantissimi imaginem, non video. Faxit ille ipse omnipotens Deus, quem tu in literis tuis omni cum fide & pietate inuocas: vt talem animum, dignamque omni ipsius gratia & beneficentia mentem, ea præmia consequantur, quæ & in caelo & in terra debeant iudicare maxima. Quanquam cum in hac vita pacatus cum Deo animus, & secum ipse concors, in altera domicilium beatæ immortalitatis est propositum, is semper maximis & verissimis præmiis à Deo affectus esse videatur. Sed tamen ne hæc quidem quæ in his locis expecti soleat, tibi defutura confido. In tanta enim rerum omnium confusione, quantam alia ætas nulla vquam vidit, aberrantibus ferè cæteris omnibus, & propè mente dimoto, quibus harum rerum gubernandarum & regendarum potestas erat data: consiliaque sua non ad salutem publicam, sed ad propriam ipsorum (vt illi putant) vtilitatem, vt autem res indicat, & magis etiam quotidie indicatura est, perniciem conferentibus, stare & emicere vnum, in cuius animum atque virtutem, cum hæc temporum mala damnaque incurrunt, tanquam fluctus saxo, sic illa eius consilio sapientiæque frangantur: non solum his temporibus nouum quodammodo & penè inauditum est: sed apud bonorum iudicia imprimis admirabile. Itaque necesse est, posteaquam satis fuerint debacchati, qui ex incommodis publicis sua priuata commoda venari & captare soliti sunt: posteaquam eorum mentis sui erroris crapulam, & nihil inuenerint verarum animarum in manibus suis: vt expertecti tandem aliquando & respicientes, cum stupore quodam maximaque admiratione intue-

intueantur eos, qui in tanta iactatione tempestatis publicae
 tenere porrum & voluerunt, & valuerunt. Quorum vitam
 dem magnam copiam haberemus. Sed tua insignis virtus
 constantia, Gulielme praestantissime, multorum in eo nobis
 cipum vicem praebet. Es enim tu & casta integreque religio
 illustre exemplum populis Christianis omnibus, & in omni
 steritate consequentium temporum, futurus es vere sapientiae
 veraque virtutis egregium documentum. Quam cuncto
 te summam existimationem, non video posse fieri, quia ad
 terrena etiam, non modò quae è caelo sunt, premia comitemur.
 Hac igitur ego tua laude & Christiana pietatis summa gloria
 initio epistolae scribere fueram ortus) praecipue sancti delicti
 sum. Caetera quae scribis de tuo animo erga me amico ac
 uolo, de qua cupiditate, quam praeter te fers, factis mihi pro
 di qua voluntate in me sis: sunt mihi quidem gratissima &
 cundissima omnia: sed vno (vt mihi videtur) amicitiae non
 cuncta continentur. Sic enim ego memetipsum donavi dicitur
 que tibi: sic tu me tua humanitate & benevolentia es amplexus
 vt quod iam bonorum virorum, & fidelis amicitiae proprium
 certare officiis inter nos debeamus. In quo ego quae ad
 amplitudinem colendam & obseruandam pertinebunt, cum
 summa cum fide benevolentiaque praestabo. Tu si me dilectio
 charumque habueris, maximum hunc me adeptum ex tua
 tia fructum semper sum existimaturus. Vale. Romae, V. Idibus
 sembris, M. D. XLV.

XIV.

IAC. SADOLETVS CARDIN. FRANCISCO Fregepani Vngaro, Episc. Agriensi S. P. D.

ACCEPI tuas literas mihi gratissimas: in quibus illud
 humanum, quod mea erga te officia plurimi facere viderentur.
 Quasi verò non ego ita agere debeam: aut sit quicquam, quod
 me tuae eximiae virtuti & amori erga me non debeat. Imò
 quaecumque mihi dabitur tibi commodandi, & rem gratam
 ciendi occasio, sic ea utar, vt eodem tempore beneficium me
 te accipere sim arbitraturus. Quid enim est, quod poetis
 mus, quam vt fauamus bonis, & virorum insignium virtutibus
 cuiusmodi tu profectò es, iustis honoribus afficiamus? praeter
 tanto amicitiae fundamento inter nos iacto, quod non solum
 benevolentia mutua, sed iure etiam hospitij sancitum sit. Non
 enim putare me obliuisci posse illius humanitatis, qua tu
 ctus, Carpentoraete vt me inuiseres diuertere voluisti. Quo
 dem tempore cepi fructum permagnaum è conspectu & lecto
 mihi

abbas tuis. De quibus scripsi ad Pontificem, ea quæ mihi videban-
 tur: illud præcipue spectans, ut si quid antea ille fortè in tua na-
 tura fuisset offensus, animaduerteret & sciret, inter elationem
 animi & libertatem plurimum interesse. Quod de Ecclesiarum
 confirmatione scribis, cum mihi tuæ literæ sunt red-
 ditæ, vni item Roma scriptum à Ioanne Marfupino tuo est, o-
 mnino esse iam transacta: præsertimq; quod ad te attinet, fuisse
 perfectum. Quo equidem nuntio valde gauisus sum. Illud tantum
 dolui, me non fuisse in senatu, cum mentio de te facta est: iustis
 enim & debitis laudibus dignitas & virtus nõ caruisset. Quanquam
 illa quidem sine cuiusquæ nostrum testimonio per sese splendida
 ipsa est. Ego illa verba in literis tuis maximo opere probo: tibi que
 imprimis conuenientia esse duco: quibus te confirmas nullis vnquam
 iniuriis ab honore & cultu sanctæ sedis Apostolicæ esse discessu-
 rum. Certe sic facere decet eos, qui Deum, non qui homines intue-
 entur: quique, ut tu grauissimè & sanctissimè scribis, spectant ea
 quæ non videntur, non ea quæ oculis & sensibus subiecta sunt: in
 quibus homines falli & errare iam quotidianum est. Sed de his sa-
 tis. Tuæ epistolæ longissimæ mihi forent suauissimæ. Nam quæ
 accipi, perbreues visæ mihi sunt, tanta à me cum voluptate sunt
 lectæ. Qui si Romæ essem, lacesserem te crebrò meis scriptis. Nunc
 longè gentium absûm, neq; sanè mihi constat quod ad tempus
 sum in Vrbem reuersurus: nam neq; quicquam adhuc video quod
 me illac attrahat: & multa sunt hic quæ me detineant. Proinde
 scito, libere meum illud primum consilium Romam redeundi.
 Quicquid tamen egero, faciam te certiorum. Tu me ut diligas,
 Regi tuo meam & fidem offeras & obseruantiam, Brodericum
 que plurimum meis verbis salutes, valde te rogo. Carp. VII. Idus
 Iulij, M.D. XXXIX.

XV.

IAC. SADOLETVS CARD. FRANCISCO
 Fresep. Vngaro, Episc. Agriensi S. P. D.

Accipere tuas literas datas Viennæ extremo mense Iunio, ad
 me Septembri ineunte perlatas. Ex quibus cognoui, quod
 mihi fuit iucundissimum, te rectè valere, & apud Regem Roma-
 norum esse Reipubl. causa: accepisseq; optatum nuntium de con-
 firmatione vestrarum Ecclesiarum. Quæ diu antè debita, aliquot
 de causis dilata, postremò tandem à summo Pontifice facta est.
 Quæ etiam ego de te dederam ad te literas, quas te accepisse post-
 ea arbitror, & meam de omnibus tuis commodis lætitiã, ex eis
 cognouisse. Etenim noli existimare optime Franciscè, quicquam
 mihi posse euacare optatius, quam audire taleis viros ad gubex-

S. SACU-

nacula Ecclesiarum deligi, & vocari: qui tantum onus & onus
 lio regere, & virtute tueri, & religione ac pietate illustrare
 possint. Cuius quidem generis hominum quae sit penuria
 afflictis temporibus, vtiam potius priuatis incommo-
 stris, quam publicis calamitatibus sentiremus. Sed de his
 rit Deus, quem tantum orare atque obsecrare reliquum
 factum est. Quid autem geratur, quid paretur, quò tantis dan-
 eatur obuiam, nihil dum cernimus. Sed vt ad propositu red-
 ego honorem tibi delatum vel comprobatum potius, & tibi
 aestum, & Reip. Christianae vtile esse foreq; non dubito. Illi
 quidem certè, qui te vehementer diligo probòq; incundissimè.
 Qua eadem in causa Broderico etiam nostro gratulor: a quo
 heo literas, quibus ille à me quiddam petit, nimirum Romae
 nunc esse suspicans. At ego nondum de Ecclesia mea decessit
 multas habeo commemorandi causas, nullam adhuc aliò meo
 ferendi. Quòd si Romae fuisset, & vobis id significasset, ad
 sum meum officium, quod ad vos quidem pertineret, desiste-
 essem passus. Nunc absens, id quod ueo, vos absentis am-
 proficiscar ad Urbem, omnes meae & operae, & diligentiae fructus
 vobis imprimis promptos atque expolitos esse intelligitis. In-
 nes Marulinus tuus planè mihi satisfacit: est enim in scrib-
 dis ad me rebus vrbis admodum diligens. Idem tibi a p-
 maximas saepe agit gratias, tuaq; erga se beneuolentia & libe-
 litatis complura iam indicia non desinit praedicare. Quae
 quoque ipsi grata sunt, eaq; vt persequere a te vehementer pro-
 De rebus Turcicis nihil habeo quod placeat mihi ad te n-
 bere. Tu quòd propior illi es, hoc melius nosse omnia potes.
 illud timemus (in quo vtiam fallamur) ne iam de nobis ac Ch-
 stiano nomine actum penè sit: ita laboramus intellectus exten-
 que malis, nec quicquam firmi auxilij paratum nobis esse vlla
 parte cernimus: nisi quòd in Deo vno sunt omnia. Sed hec hab-
 nus. Vina Gallicana te interdum optare, suae admodum
 est intelligere ex tuis literis. Quod longè esset suauis, si tibi
 rum possem facere participem. Non enim mihi bibere illa
 foret iucundum, quam tecum bibere. Quod fortitan Romae
 quando licebit vtrique nostrum. Regi tuo optimo & clarissimo
 Principi, plurimam meis verbis salutem dic. Vale. Carpentor-
 eti, IIII. Idus Octobris.

XVI.

IAC. SADOLETVS CARD. FRANCISCO
 Fregep. Episcopo Agriensi S. P. D.

Et si literæ tuæ tardissimè ad me fuerant perlatae, tamen
 etiam esset occasio Romam scribendi, nolui præterire, quia
 ad eas responderem. Quanquam mutata temporum conditio-
 ne, te iam extra periculum & timorem huius anni esse suspicarer.
 Nihil enim hostes adhuc mouerant, quod quidem fama ad nos
 peruenisset. Neque dum tamen pax inter vos dicebatur esse con-
 firmata. Cum autem præcipitante æstate, hyems antè videatur af-
 futura, quam administrari bellum possit: spes est, aut discussum
 iri, aut in longius tempus collatum id malum, quod te pro tua
 potestate curaque Reip. sollicitat. Equidem video res Principum
 Christianorum ita contractas, ut nihil neque sperari boni pos-
 sit, neque non metui mali. Sed erit ingenij, & virtutis, & prou-
 dentia tua, primum agere omnia, quantum in te sit, quò immi-
 nentibus illi regno à Turca periculis occurratur. Id si autem nõ
 poteris, neque erit tua facultatis prouidere: tum tibi ipsi parare a-
 liquod subsidium, quo, si ita res cadat, sustentare fugam atq. exi-
 lum tuum possis. Quanquam quod ad nostram amicitiam & a-
 morem mutuum atinet, ego memet tibi, & mea defero omnia,
 quantum lacunæ ea sunt. Sed tamen te tuis fortunis frui malo,
 quam alienis egere. Si tamen aliena dicenda sunt, quæ ab ami-
 culis hominibus libenter deferuntur. Id autem cum in potesta-
 te nobis non sit, videanturq. casu magis & temeritate, quam aut
 hominum consiliis, aut prudentia Principum regi, & pendere o-
 minare qui tutiores & ab omni periculo remotiores oras inco-
 lo, periculum habeo paratum eis omnibus quos & propter neces-
 sitatem, & propter virtutem dignissimos statuo, qui à bonis di-
 ligantur. Quo in numero tu mihi inter primos propositus es. Sed
 de his satis. Diplomata vestrarum Ecclesiarum nondum vobis esse
 reddita demoror videoq. ubi resideat culpa. Est enim genus quod-
 dam in nonnullis hominibus sapientie, quod quibus modis res geri
 tractariq. conueniat, penitus nescit. Itaq. etiam quæ bene facta
 sunt, sæpe ingrata accidunt illis, in quorum gratiam & utilitatem
 sunt facta. Sed tamen habebam ex vrbe à Marsupinis literas, Ius
 tibi, consecrationem, & Pontificatus (ut mos est) insignia accipi-
 endi, esse datum. Quod idem valere debet, ac si ipsum diploma
 commendate tibi Agriensi Ecclesie testimonium habuisses.
 Quid libertatem tuam homines perperam interpretentur: eam-
 que magis velint superbiam existimare quam libertatem: noli
 mirari, Franciscè optime, in tam corrupto seculo, tamque serui-
 libus moribus. Vtinam verò semper apud nostros Principes libe-
 ra vox valeret: cuius inopia & egestate est factum, ut aut nulla
 aut rara consilia incantur, per quæ decus atque splendor, sa-
 lus etiam & incolumitas Christianæ Reipublicæ restitui possit.
 Sed hæc quæ ab hominibus aut prodita, aut deserta sunt, diuinis

consillis gubernabuntur. Te quidem sensisse hominum per-
diam, neque suis promissis fectisse eos, qui te in spem illam
xerant, iccirco non aegerime fero, quoniam nihil video quod
expetendum in eo premio, quod fuerat tibi ostentatum. Qu-
letor magis, quod magnitudinem animi tui agnosco: quam
hementer probo: magisque virtuti & constantiae tuae gratum
dum a me esse arbitror, quam consolationem vllam adhibere.
Sed hec haecenus. Ego etiam nunc Carpentoracti manco: nec
gitationem vllam habeo digrediendi ex his locis. Littere
quanquam tristioribus curis refertae, me quoque tecum in
dem penè sollicitudinem & societatem mæroris attraxerunt.
men in eo mihi fuerunt pericula, quod magnum mihi de-
ruat testimonium tui erga me amoris: qui me potissimum de-
gisti, cum quo omnia quae te angebant, communicares. Deo
te velim sic constituas, te neq; fidelioem deligere potuisse qu-
quam, neque amantioem tui. Vale. Brodericum nostrum sen-
sum obuisse molestum mihi fuit: amicum certè hominem
eundem virum bonum prudentemque amissum. Iterum
Carpentoracti, X. August. M. D. XL.

XVII

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDINA-
lis Friderico Naufca S. P. D.

TIRVBANS, infirma manu, contra valetudinis com-
dum, hæc ad te mi Naufca scribo, vt succensere mihi de-
nas. Etenim scito, biduo post, aut triduo, quam accepi tuas li-
ras, & illam eruditissimam orationem, qua me nihil inquam
lectare potuit magis, me in grauem morbum incidisse: febri-
que vexatum & adductum fuisse, vt aliquando de mea vita des-
paratum sit. Quo tamen periculo Dei clementia liberatus, in
remissione morbi nondum nec mente nec corpore satis conu-
lsum. Quod si tu humanos casus considerare voluisses, omnia prius
gitare debebas, quam me neglecti officij accusare: est gratum
id quidem mihi accidit. Video enim & benevolentiam erga
tuam & desiderium literarum mearum. Ad hominem illum scri-
psi, bono, vt mihi visus sum, consilio: sancto quidem, & pio certe.
Neq; enim aliud quæsiui, nisi conciliare mihi eius voluntatem.
Quod si ex sententia mihi successisset, crede mihi, aliquo præ-
ro munere Christianam Rempub. affecissemus. Cur autem ex-
tere tantoperè reprehendantur, causa certè non est: nihil enim
est in illis, nisi priuata familiaritate præscriptum. Fortasse ali-
quando humilius, quam nostra dignitas ferat: sed ego inter ho-
mines grauitatem meam conferuo, in causa Dei depono. Sicut
dicitur

dem & David ante arcam Dei pietatis memor fuit, non dignita-
tis. Nam quod ego ad Lutheranos desciscam, quis suspicari ex illa
epistola potest: cum testificer in ea, me opinionibus ab eo dissen-
tere? Amo ingenium hominis, doctrinam laudo, sententias certè
non probo. Ex quo mirum mihi valde accidit, id quod tu scribis:
videri me tuis literis & summum virum Symonem, & totum col-
legium nostrum quasi perstringere. Hoc tu, queso, quibus ex ver-
bis epistolæ meæ colligere potuisti? Ego collegis meis omnem
vobisque honorem defero, & in Catholica veritate constantissi-
mus sum, erog; quoad vitam: potiusq; de vita, quam de senten-
tia decedam. Cupiebam plura, sed languor animi corporisq; pro-
hibet. Cum valetudinem recuperaro, crebritate literarum tibi
satisfaciam. Interea quando in imprimenda epistola mea id agere
cepisti, de quo ago tibi gratias, famam & existimationem meam
tibi commendo. Vale mi Naufca. Vale, & perpetuo dilige. Roma.
X. Calend. Decembris, M. D. XXXVII.

XVIII.

IAC. SADOLETVS CARDIN. IOAN.
Archiepisc. Vspaliensi Gorta, S. P. D.

AD XV. Calend. Ianuarij cum essem in mea Ecclesia Car-
pentorachi, quò post discessum à Nicæa summi Pontificis
me conculeram, accepi tuas literas tertio decimo Calend. No-
vembriis Venetiis datas. Ex quibus cognoui iustissimam quere-
lam tuam, & dolorem cum, quem ex publicis incommodis, tuisq;
privatis, non sine magna ratione susciperes. Itaque tuis literis ad-
dolendum tecum vehementer permotus, optavi equidem esse
Roma, quò tibi præstarem eadè officia quæ apud summum Pon-
tificem antea præstissem. Sed cum id fieri non possit, abssum enim
ab Urbe passuum sexcentis amplius milib. nullum habens reme-
dium, quo à me posses iuari, cum sim ego quoque in angustiis
positus: has constitui scribere ad te literas, quibus de mea erga
te voluntate certior fieres: & quoniam operam meam non pos-
ses, quinimum saltem meum in te propensum beneuolumq; reco-
gnosceres. Quod scribis perniciosum fore fidei Catholicæ con-
cilium habitum non esse, nostrosque aduersarios ea de causa iam
insolentiores esse factos: nihil sanè mihi significas noui. Ego enim
& hoc prouidi ita futurum: & posteaquam contigit, vt con-
cilio habendi spes omnis exstingueretur, auctos animos eorum,
qui contra Romanam inuehantur Ecclesiam, multorum nunciis
literisq; cognoui. Quin quotidie aliqua ad aures meas perueniunt
de opinionibus illorum hominū aduersus Deum impia, ob mul-
titudinem cum illis consentientium periculosa: neque adhuc

§ 3 v riqw

video quid nobis iam reliquum ad spem rerum meliorum
 possit. Et si Pontifex Maximus (quod ego scire tum potui) ad
 tendum concilium non sua sponte, sed duorum summorum
 principum consilio fuit adductus, qui negabant tempus idoneum
 esse tanta agenda rei, quæ & tranquillior Christianæ Re-
 statum & orium à Turcis ac fidei hostibus requirebat. Itaque
 eodem consilio vsus quo tu, pariq; dolore affectus de Christianæ
 Reipub. incommodis: optimum factu mihi constitui manere
 hoc portu, & in hoc meo exiguo gubernando grege Deo ac
 mea satisfacere. Cùm præsertim in optimarum & sanctissimorum
 literarum studiis assiduus sim: Christi que fidem, quam ma-
 ritate & opibus non possum, meis quoque licet scriptis
 meisque vigilis in veterem dignitatem restituere coner. Alia
 causa est, qui non portum tenes, sed tempestate iactaris, & fructibus.
 Quod mihi quidem dolori est: eoque magis, quod quæ-
 modum tibi opituler non habeo. Sed si diligentius tecum
 scripturæ sanctæ documenta recolere volueris, intelliges, tu-
 bus potissimum qui propter defensionem veritatis & iustitiam
 hominum impiorum odia infestationesque perpetuant, in-
 gnam celorum & promissum esse & paratum: in quod per-
 minas & huius vitæ calamitates oportet nos ingredi. Nō asserunt
 scripturarum testimonia: quæ tibi nota sunt: illud dicam, Ne-
 lum mihi malum in ista tua misera afflictæque fortuna vi-
 inesse, si modò tu is es, quem te mihi Romæ ostendisti. Cui
 ego & scientiam tuam bonarum literarum artiumque adan-
 rem, & constantiam animi in rebus aduersis laude prosequor.
 Nec verò vllum cuiquā malum dominari potest, cui Deus pro-
 sus, & suum in Deo summum bonum sit repositum. Sed hæc
 stenus: non enim arbitror te egere nostris admonitionibus. Ego
 quoniam Romæ non sum: tibi que in ea vrbe operam nauaturo
 queo, scribo ad Contarenum talem virum, qualem tu nosti, sci-
 entia, religione, integritate, omnibus præstantem: vi is con-
 tuam, & suo & meo nomine apud Pontificem agat. Ad quem
 quoque dederis literas, measque hæc ante tuam professionem
 in Germaniam acceperis: non dubito, quin aliquo gene-
 re subsidij à summo Pontifice tibi subueniarur.

Vale. Carpentoracti.